
VICIPÆDIA

Lingua Kyrgyzensis

Lingua Kyrgyzensis[1] seu **Kyrgyzica**[2] vel **Kirgizica**[3](in ipsa lingua кыргыз тили, кыргызча, *kyrgyzča*, قرغز تلی ,قرغزچا appellata) ad Turcicarum linguarum circulum intra linguarum Altaicarum familiam pertinet. Ex parte typologiae, agitur de lingua agglutinativa. In usu est in Asia Media, praecipua in Chirgisia (ubi est lingua nationalis), in Tadzikistania, in Uiguristania et in Afgania.

Lingua Kyrgyzensis кыргыз тили, кыргызча, kyrgyz tili, kyrgyzca, قرغز تلی ,قرغزچا	
Taxinomia:	e familia Turcica linguarum Altaicarum
Locutores:	c. 3 000 000
Sigla:	1 ky, 2 kir, 3 kir
Status publicus	
Officialis	Chirgisia
Privata	Tadzikistania,Sinae, Afgania
Litterae:	
Scriptura:	Cyrillica
Procuratio:	Nulla



Familiae linguisticae coloribus Vicipaedicis pictae

Circiter tres milliones hominum Chirgisice loquuntur. Abecedario Cyrillico scribitur, cui aliquae litterae additae sunt, sed Chirgisica aliquando scribitur Abecedario Arabico, quod est etiam completum. Inter 1928 et 1940, Chirgisia abecedarium Latinum adoptavit, cuius usus valde sporadice manet.

Lingua Chirgisica multo similis Kazachicae est. Habitualiter classificatur iuxta cum hac ultima, Tatarica, Melanopetasica intra linguas Turcicas Boreoccidentales. Sed haec classificatio controversiosa est et aliquando Chirgisica classificata intra linguas Turcicas Septemtrionales propter robustam culturalem unitatem similem inter hos populos invenitur.

Abecedarium Chirgisicum

А Б (В) Г Д Е Ё Ж З И Й К Л М Н Ң О Ө П Р С Т У Ү (Ф) Х Ц Ч Ш Щ (Ъ) Ы (Ь) Э Ю Я

Litterae additae sunt in tabula inferiori:

Ң ң	ŋ
Ү ү	y
Ө ө	œ

Litterae inter parentheses solum rarissime in usu sunt, et praecipue nominibus et vocabulis adventiciae originis.

Notae

1. Vb. adiect. "Kyrgyzensis", cf. nomina biologica e.g. *Petrochelys kyrgyzensis*. Lingua Anglice saepius *Kyrgyz*, in aliis linguis *Qyrgyz*, *Kirgiz* etc. appellatur
2. Vb. adiect. "Kyrgyzica", cf. nomina biologica e.g. *Brugmoia kyrgyzica*, Neumania kyrgyzica.
3. Vb. adiect. "Kirgizica", cf. nomina biologica e.g. *Gimnomera kirgizica*, *Protshorkuphlebia kirgizica*, *Starengovia kirgizica*, *Triassoxyela kirgizica*.

Receptum de "https://la.wikipedia.org/w/index.php?title=Lingua_Kyrgyzensis&oldid=3390988"